

rosis siccis, syrup. de absynth. cum tantillo fari-
næ hordei aut lupinor. vel ex vnguentis detergen-
tibus.

Ad hiantem & relaxatum podicem ex adstrin-
gentibus, vt puluere boli armeni, terræ sigillatæ,
sanguinis draconis, baleustiis, gallis, nucibus cu-
pressi, rosis rubris & similibus, cerato sandalino
exceptis: vt,

24. Dictorum ij. aut iij.

singulorum 3j. & cerato excipe.

Ad hæmorrhoidum tumentium dolorem se-
dandum ex pomade, vitello oui, succo amygdala-
rum dulcium, & si ardor adest, cum oleis refrige-
rantibus, vt nymphæ, papaveris, mandragoræ,
hyoscyami & vnguento populeonis. Sed notan-
dum, vt prius blando fotū aut in sessione ex lacte
vtatis, ne corpore adhuc pleno humorē melan-
cholicum sursum repellas, sicque maius detrimē-
tum ingeras. Vbi denique dolor superat aut exce-
dit, opii ij. aut iij. grana admiscentur, vel 3 i. theria-
cæ recen. Sedato autem dolore, huiusmodi glans
cum opio statim tolli debet, & pars calido fo-
mento ad eius calorem excitandum soueri.

Idoneum vtendi tempus glandibus, si eu-
cuationis caussa induntur, erit horis aliquot à cibo
sumpto.

De Clysteribus seu clysmatibus.

C. A. P. X I V .

CVm dictum fuerit de suppositoriis, quæ an-
induntur, nunc de medicamento, quod in-
Dfunditur,